



UNIVERSITY OF  
CAMBRIDGE

**PRELIMINARY EXAMINATION FOR PART IA OF THE  
CLASSICAL TRIPOS**

---

Tuesday 25 April 2006 9 to 12

---

Paper 1

LATIN TEXTS

*Candidates must answer all questions in Section A and one question in Section B.*

**All questions carry equal weight.**

*Answers from each Section must be written in a separate booklet.*

*Write your number (not your name) on the cover-sheet of each Section booklet.*

**Candidates who do not write legibly may find themselves at a grave disadvantage.**

STATIONERY REQUIREMENTS

20 Page Booklets x 2

Rough Work Pad x 1

Tags

SPECIAL REQUIREMENTS

None

**You may not start to read the questions  
printed on the subsequent pages of this  
question paper until instructed that you  
may do so by the Invigilator**

## SECTION A

A1 *Translate:*

nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis uersibus percipi quam ex Latinis, uehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. quare, si res eae quas gessimus orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo hominum nostrorum tela peruenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum eis certe, qui de uita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset: 'o fortunate' inquit 'adulescens, qui tuae uirtutis Homerum praeconem inueneris!' et uere: nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat nomen etiam obruisset.

CICERO *Pro Archia* 23–24

A2 *Translate:*

atque ut id libentius faciatis, iam me uobis, iudices, indicabo, et de meo quodam amore gloriae nimis acri fortasse uerum tamen honesto uobis confitebor. nam quas res nos in consulatu nostro uobiscum simul pro salute huius urbis et pro uita ciuium proque uniuersa re publica gessimus, attigit hic uersibus atque inchoauit. quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda uisa est, hunc ad perficiendum adornaui. nullam enim uirtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae. qua quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo uitae curriculo et tam breui tantis nos in laboribus exerceamus? certe si nihil animus praesentiret in posterum, et si quibus regionibus uitae spatium circumscriptum est, isdem omnis cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis uigiliisque angeretur nec totiens de ipsa uita dimicaret.

CICERO *Pro Archia* 28–29

A3 *Translate:*

'quid faciam? roger anne rogem? quid deinde rogabo?  
 quod cupio mecum est: inopem me copia fecit.  
 o utinam a nostro secedere corpore possem!  
 uotum in amante nouum: uellem, quod amamus, abesset!  
 iamque dolor uires adimit, nec tempora uitae  
 longa meae superant, primoque exstinguor in aeuo.  
 nec mihi mors grauis est posituro morte dolores:  
 hic, qui diligitur, uellem diuturnior esset!  
 nunc duo concordēs anima moriemur in una.'  
 dixit et ad faciem rediit male sanus eandem  
 et lacrimis turbauit aquas, obscuraque moto  
 reddita forma lacu est. quam cum uidisset abire,  
 'quo refugis? remane nec me, crudelis, amantem  
 desere!' clamauit liceat, quod tangere non est,  
 adspicere et misero praebere alimenta furori!  
 dumque dolet, summa uestem deduxit ab ora  
 nudaque marmoreis percussit pectora palmis.  
 pectora traxerunt roseum percussa ruborem,  
 non aliter quam poma solent, quae candida parte,  
 parte rubent, aut ut uariis solet uua racemis  
 ducere purpureum nondum matura colorem.

OVID *Metamorphoses* III 465–485

[TURN OVER

## SECTION B

Answer **one question****B1** *Discuss:*

dum spatium uictor uicti considerat hostis, uox subito audita est; neque erat cognoscere promptum, unde, sed audita est: 'quid, Agenore nate, peremptum serpentem spectas? et tu spectabere serpens.'	95
ille diu pauidus pariter cum mente colorem perdiderat, gelidoque comae terrore rigebant: ecce uiri faultrix superas delapsa per auras Pallas adest motaeque iubet supponere terrae uipereos dentes, populi incrementa futuri. paret et, ut presso sulcum patefecit aratro, spargit humi iussos, mortalia semina, dentes.	100
inde (fide maius) glaebae coepere moueri, primaque de sulcis acies adparuit hastae, tegmina mox capitum picto nutantia cono, mox umeri pectusque onerataque bracchia telis existunt, crescitque seges clipeata uirorum:	105
sic, ubi tolluntur festis aulaea theatri, surgere signa solent primumque ostendere uultus, cetera paulatim, placidoque educta tenore tota patent imoque pedes in margine ponunt. Territus hoste nouo Cadmus capere arma parabat:	110
'ne cape!' de populo, quem terra creauerat, unus exclamat 'nec te ciuilibus insere bellis!' atque ita terrigenis rigido de fratribus unum comminus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse; hunc quoque qui leto dederat, non longius illo uiuuit et exspirat, modo quas acceperat auras, exemploque pari furit omnis turba, suoque Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres.	115
	120

OVID *Metamorphoses* III 95–123

B2 *Discuss:*

'non tamen hanc sacro uiolari pondere pinum  
 perpetiar' dixi: 'pars hic mihi maxima iuris'  
 inque aditu obsisto: furit audacissimus omni  
 de numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab urbe  
 exilium dira poenam pro caede luebat; 625  
 is mihi, dum resto, iuuenali guttura pugno  
 rupit et excussum misisset in aequora, si non  
 haessem, quamuis amens, in fune retentus.  
 in pia turba probat factum; tum denique Bacchus  
 (Bacchus enim fuerat), ueluti clamore solutus 630  
 sit sopor aque mero redeant in pectora sensus,  
 'quid facitis? quis clamor?' ait 'qua, dicite, nautae,  
 huc ope perueni? quo me deferre paratis?'  
 'pone metum' Proreus, 'et quos contingere portus  
 ede uelis!' dixit; 'terra sistere petita.' 635  
 'Naxon' ait Liber 'cursus aduertite uestros!  
 illa mihi domus est, uobis erit hospita tellus.'  
 per mare fallaces perque omnia numina iurant  
 sic fore meque iubent pictae dare uela carinae.  
 dextera Naxos erat: dextera mihi lintea danti 640  
 'quid facis, o demens? quis te furor,' inquit 'Acoete,'  
 pro se quisque, 'tenet? laeuam pete!' maxima nutu  
 pars mihi significat, pars quid uelit ore susurro.  
 obstipui 'capiat' que 'aliquis moderamina!' dixi  
 meque ministerio scelerisque artis remoui. 645  
 increpor a cunctis, totumque in murmure agmen;  
 e quibus Aethalion 'te scilicet omnis in uno  
 nostra salus posita est!' ait et subit ipse meumque  
 explet opus Naxoque petit diuersa relictis.

OVID *Metamorphoses* III 621–49

END OF PAPER